Pithei
53.

DE CAVPONE FASSAÑARIO

Candida Foebeo præfulgent ora rubore
Crista ridet radys ignea barba micat.
Alæ colla comæ pectus femur inguina cauda
Pestanis lucent floridiora rosis
Flaminea sic rutilum distinguit pinna colorem
Ut vibrare potes plumea membra faces.

DE VIRO QUÆ MULIER CAEDEBAT.

Cum te barbati referans de sanguine cretum
Ut tibi cognatus sit Varitinna ferox
Cur tria feminео cæduntur pectora socco?
Infirmiq manu barbula vulsa cadit.
Desinet jam tibi met auctores fingere fortes
Vimq tuis membris stirpis inesse fore.
Illa Zaulautensis magis est de stirpe creata
Audet quae proprium sternere calce virum.

Romanis Petrus, Andreas sanctus Achivis,
Æthiopes Matthæus adit, loca Parthica Thomas
Jacobus Ispanüs, Asiæ dat jura Johannes
Nicolaus Symon; Hebræus Mathia cogit
Alter habet Solymam Jacobus, Juda Mesopotamos
Paulus adit gentes totus quas continet orbis
Bartholomeus Indos, Gallos tum porro Philippus. — f. Hiberos Voss.

Libra vel as vel unciolus constat duodenis
Uncia de libra linquit subtracta deuncem
Et sextans hoc est eadem geminata deuncem
Hic quadrans haec scilicet ipsa tanta dodrantem
Inde triens ipsius quadruplicatio bissem
Quincunx septuncem quam sat sua pondera produnt
Semisse missem mediam dum dividit assem
Hac vacat unciolæ mediam sescuncia jungens
Uncia viginti scrupulos et quattuor ambit
Dimidium stater ac semuncia dicitur ejus
Terna duæ sesclæ pars est eademq duella
Quarta siclus vel siclicus vel denique sicel
Sextula sexta modo solet et modo sescla vocari.
Octavam appellant dragmam vel rarius olcem
Et duodenariam mediam sesclam vocitarunt
Vigenam quartam scripulus seu gramma retentat
Unus item scripulus calus componitur octo
Dimidium scripuli est obolus pars quarta cerates
Hic signi sextam placuit siliquamq vocare — fingi
Ultimus est calcus ciceris duo granula pensans.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/heidhs46/0352